



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

31 Concursus coràm quibus fieri debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

exiterint tot examinatores synodales anti-
qui, qui ad hunc numerum aſcendant,
tunc eligat illos, qui vivi fuerint, ac sup-²⁹
pleat alios de novo, approbatos tamen
a capitulo, usque ad numeri p̄fati com-
plementum: verū, si nulli antiqui syno-
dales examinatores ſuperstites fuerint,
tunc Episcopus novus examinatores pro-³⁰

bitate, ac scientia idoneos, qui à capitulo
approbati ſint, non pauciores, p̄dicto
numero ſubſtituat, & veniente vacatione
eiuslibet parochialis ecclesiæ, Episcopus
ex p̄dictis examinatoribus tres eligat,

qui cum eo examen juxta decretum conc.
d. cap. 18. ſeff. 24. perficiat: officium autem i³¹
omnium p̄dictorum examinatorum
ſynodalium ſubrogatorum expirare cēſſe-
tur, cum primum advenerit tempus novæ
synodi juxta formam *cap. 2. ead. ſeff. 24.*
elebrandæ, ut in declarationibus ejusdem
ſacrae congreg. *super eod. cap. 18. §. Clemens*

viii. ¶ & proviſio parochialis facta ei, qui
non fuit examinatus, & approbatus ab ex-
aminatoribus in synodo deputatis, sed ab
alijs, quos Episcopus elegit, est nulla, &
beneficium potest impetrari, uti referva-
tum per conſtitutionem Pij V. cap. 32. in
Bullario Rom. impressam.

27 Ecclesia parochiali vacante, ¶ statim
vicarius, seu vicarius, ſi per plures erit admini-
ſtranda, cum congrua fructuum portione,
& affiſiatione, qui onera ipſius ecclesiæ
ſuſtineant, donec ei de rectorate fuerit pro-
viſum, arbitrio Ordinarij conſtitui debent,
eo. c. 18. paulò post princ. ſeff. 24 & congreg.
conc. super eod. cap. in decis. tit. Aquilan.
Lucen.

*28 Edictum ¶ verò publicum, quo voce-
tur omnes, qui volunt examinari intra de-
cem dies vel aliud tempus ab ordinatio-*

præſcribendum, quo clerici ad regendam
ecclesiā corā examinatoribus nomi-
nentur, eſt publicandum, ¶ & arbitrium,
quod Episcopis post dictos decem dies
conceditur, ultra alios decein extendi non
potest, Pius V. in conſerendis, §. prohibe-
tes conſ. 32.

Peraſto † autem exame, ſi ante fa-
ctam collationem veniat alius, qui petat ad
examen admitti, non eſt audiendus, idem-
que judicandum, ſi comparet elapsi ter-
mino edicti, congreg. conc. *super eo.*
cap. 18. in decis. sub. tit. Perusin que incipit
peracto.

*33 Ad parochiales † per concurſum con-
ferendas exame coram Episcopo, vel vi-
cario, & examinatoribus tribus, non pau-
cioribus, fieri debet, eo. cap. 18 ſeff. 24. quo*
peracto, qui idonei judicati fuerint, ſunt
*Episcopo renunciandi, qui de jure com-
muſi eum eligeſe debet, quem examina-
tores magis idoneam judicarint. c. metro-
politano 63. diſt. c. Moyses. cap. ſicut ergo. §. 8.
qu. 1. cap. cuſtos cum glo. in verb. sanctiores.*
de off. cuſt. auth. de monach. §. ordinatione.
collat. 1. & eo. cap. 18. §. peracto. ſeff. 24. &
Pius V. ead. conſ. in conſerendis: & peccant

*34 † eligentes bonum, qui poſſunt meliora
eligeſe, cum ad id necessariò teneantur.*
*Arch. in d. cap. licet ergo, & Fed. de Sen. 9. §.
numer. 1. ex mente tamen ſacrae congrega-
tionis, examinatores debent vota ſua dare,
ſed Episcopus non tenetur ex collatione
votorum eligere, ſed potest, cui maluerit,
ex approbatis, beneficium conſerre, non
habita ratione calculorum ipsorum voto-
rum, poſtquam examinatores renun-
ciaverint, quos judicaverint idoneos, ut per
ſacram congr. *super eo. c. 18. in decis. sub. tit.*
*Hierac. & sub. tit. Taruisin.**

Magis

